

gnia habent tua: quare antiquitas longa probatur,
et quam diximus, conseruatio bonorum naturae.
Sed hercle Monoboes prius dicti: nam ob remunera-
tionē fortissimè dimicantium aduersus Samnites
Parthenopeorū Equitū familia tua, urbs largita est
tuis, que dicitur Tusum; hinc familia de Tuso no-
minari volunt, sicut alij domini ab his, quibus im-
perant. Taceā Cardinales, fortissimos equites, et
doctissimos viros ex tuis ortos. Non quidem Par-
thenopeum Regnum Catholicus regeret Hispania-
rum Rex, nisi consilium affuissest Illustriissimi Do-
mini quondam Ioannis de Tuso inter doctissimos
iurisperitos quam doctissimi, prius Calabriarum.
Proregis, dehinc Parthenopes, et tandem Mar-
chionis titulo Lauelli decorati à Federico Rege, a-
pud quem inter grandes dictos Hispania numerata
est: solus quippe in Regis aspectu sedens caput
tectus, et consulens in omnibus à quo successiū Il-
lustriissimus D. Hieronymus pater tuus originem,
et titulum eiusdem dominij habet, qui nec in poeti-
cis, nec philosophicis artibus suingenij ubertate, nec
in armis inclytis cuiquam cedit, et ipse maiorū in-
sequutus vestigia; nec minus in administranda u-
traq; Calabria Prorex extitit, et consilijs praben-
dis in regimine statuum iam occupatur. Ex quo tu
gloriose Heros, nulli antiquiorum inuidens, nec in
scien-